

fiat. Sed cum humiditas duplex sit, essentialis
 & accidentalis: vel utraq; auferitur, & dicitur
 incineratio, vel saltem, manente priore, abole-
 tur posterior, & dicitur proprie calcinatio; de
 illa paulò post nobis agendum. Perstringamus
 igitur uberius calcinationis naturam, siquidem
 ejus usus magnus est & necessarius. Sic primi
 calcinamus nonnulla, ut ad solutionem magis
 accommodata reddantur: verisimile enim est
 essentias ex integris propter duritiem minus ex-
 trahi posse, quam si in minimas partes, & ato-
 mos divisæ fuerint. Deinde tollitur calcinatio-
 ne acrimonia, quæ, in tenui subsistens substancia
 & à volatili sale plerumq; dependens, ignis
 evaporat: hac ratione medicamenta acria mi-
 tescunt. Vice versâ reperiuntur, quæ calcina-
 tione tantum abest, ut mitiora evadant, quin a-
 criora reddantur: nec enim humor aqueus, a-
 crimoniâ in integris multum alioquin diluens,
 post sui ablationem eandem minorem, sed potius
 majorem, præstat. Sic vitriolum crudum, &
 sulphur crudum, minus acria sunt calcinatis.
 Caterùm ex Gebri sententia, tum spiritus, id est
 mineralia ignem non patientia, tum corpora
 hoc est, metalla, calcinantur: spiritus quidè,
 faciliùs figantur, & deliquio in aquas abeant.
 Omne enim calcinati genus fixius inq; deliquit
 solubilius est non calcinato: semel enim passa
 ignem

ign
 pa
 cu
 tra
 de
 su
 ab
 po
 mi
 acc
 tur
 pa
 qu
 di
 su
 ign
 m
 si
 rit
 ex
 ar
 no
 do
 im
 ten
 nu
 dit
 de f